

3001 lapis calcareus litteris bonis temporis liberae reip. Extra Praeneste sotto il muro della macchia di S. Francesco CIC. Extat eo loco in foramine moenium urbis, humi.

L · SAVFEIVS · C · F · FLAC^{cus}
 Q
 VIAM · STERNENDAM^m
 D · S · S · CVRAVIT

Descripsi. Cicerchia ms. et in epistula data d. 13 Oct. 1856, unde repetiverunt Henzen ann. inst. arch. 1855 p. 87 et Mommsen huius Corporis vol. I n. 1138.

1 F (post C) omisi ego calami errore, habet Cic.

3002 lapis calcareus, Praeneste in aedibus Fiumara. *in aedibus*

M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
 C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS
 CVLINAM · F · D · S · S · C · EISDEM
 Q · LOCVM · EMERVNT · DE
 5 L · TONDEIO · L · F · PVBLICVM
 EST · LONGV · P · CX ↓ VIIIIS
 LATVM · AF · MVRO · AD
 L · TONDEI · VORSV · P · XVI

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Est in tabula Ritscheliana LIII A et huius Corporis vol. I n. 1143. Primus descripsit Akerblad qui communicavit cum Amatio, inter cuius schedas Vaticanas reperimus in folio solitario scriptam; ab Amatio Borghesius et ab hoc Henzen, qui edidit mus. Rhen. nov. ser. vol. 5 (1847) p. 464, syll. n. 6004 cum add.; Cicerchia ms.; Garrucci syll. n. 1495.

3 culinam f(aciendam) d(e) s(enatus) s(ententia) c(uraverunt). — Tam Saufeii quam Tondeii saepius reperiuntur in inscriptionibus liberae Praenestis.

3003 tabula marmorea. Praeneste rep. a. 1781 PETR. Nunc Romae in museo Vaticano (Gall. lap. Dii II).

M · SCVRREIVS · FONTINALIS
 SACERDOS · FORTVNAE · PRIMIG · LECTVS · EX · S · C
 IIIII · VIR · AVG · CVR · SEVIR · QVINQ · PERP · DATVS · AB
 IMP · HADRIANO · AVG · COLLEGIO · FABR · TIGN
 5 CVM · SCVRREIO · VESTALE · FILIO · SVA · PECVNIA · FECIT
 LOC DAT D D

Descripsit Henzen. Marini Vat. 9124 f. 217, Arv. p. 19 (inde Orelli n. 2163); Petrini p. 327 n. 11 et apud Marinium Vat. 9127 f. 268; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 124.

M. Scurreius Fontinalis, sacerdos Fortunae Primig(eniae) lectus ex s(enatus) c(onsulto), (se)vir Aug(ustalis), cur(ator) sevir(um), quinq(uennalis) perp(etuus) datus ab imp. Hadriano Aug. collegio fabr(um) tign(uariorum) cet.

3004 tabula marmorea. Praeneste FIGH. SMET. Praeneste apud Petrum Paulum Borgiam SVAR. In viridiario Fantoniorum BIANCH. Altre volte conservata nel pavimento della chiesa cattedrale, che ora ritengo presso di me CECC., in parte priore narrationis errans. Extat in scalis aedium olim gentis Cecconiae.

C · SEPTIMIO
 C · F · PVP · SEVERO
 PATRON · MVN
 T · SENTIDIVS · T · F
 5 PAL · IVLIANVS
 AMICO · OPTIMO

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Habent Pighius Luzac. p. 184; Smetius ms. Neap. p. 148 (inde Panvinius Vat. 6036 f. 72), apud Waelscapplium f. 97, ed. 80, 8 (inde Grut. 467, 8) ubi dicit habuisse se ab aliis; Suaresius, qui vidit, cod. Vat. 9140 f. 269, cod. Barb. 30, 182 f. 20; Bianchini cod. Ver. 353 f. 60; Cecconi p. 33; Marini Vat. 9127 f. 286'; Petrini p. 318 n. 13. Ex Grutero Suaresius Praen. p. 90; Vulpi Lat. 9 p. 170 auctore non laudato.

1 in. C nunc deest, habent Pigh. et Smet., omisit iam Suar. — 2 PVB Pigh. Smet., male. Hunc esse Septimium Severum, ad quem Statius dedit carmen silv. 4, 5, coniecit Gudius (ad Grut. ed. 2); quod potest verum esse, praesertim cum amicus Statii rus habuerit in agro Hernico (Stat. silv. 4, 5, 36), a quo Praeneste non longe abest. Possis etiam conicere, municipium cuius patronus fuit Septimius Severus, non Praeneste esse, sed aliquod ex municipiis Hernicorum.

3005 Praeneste rep. a. 1772.

C SVLPICIVS C
 EQVO · P · EXORN
 CIO DAIHNIANO PAT
 APPTERVIIIO ET CIEI
 5 CATIONEM DEDIT DEC
 POPVLO · X · S ·

Delineavit manus ignota et imperita apud Marinium Vat. 9130 f. 218 (inde edidit Marini Arv. p. 655).

1—4 P. Sulpicius C. [f] ... equo p(ublico) exorn(atus) ... cum C. Sulpicio Da(p)hniiano pat(re) (ita restituit Bormann); 4 [... kal. vel non. vel id.] Ap(r)iles] Ter(t)ullio et Cl(emente) cos.] (a. p. C. 195), ut agnovit Marinius; 5. 6 [ob cuius dedi(cationem) dedit dec(urionibus) denarios tot], populo (denarios) singulos].

3006 tabula marmorea eruta anno 1743 e pavimento basilicae S. Mariae Maioris Romae, cessit marmorario, postea Florentiae apud Rinuccinios MAR. Ibi extat.

VLPICIAE · SERGI · FILIAE · · · · ·
 MAGISTRAE · MATRIS · MATUTAE
 5 BLATO · PVBLICE · EI · SEPVLTVR · AE LOCO DECRETO
 DECVRIONVM · OB · HONOREM · EI · HABITUM
 QVOD · SOLA · NOVO · EXEMPLO · HONOR
 ULPIA · M · F · SABINA · MATER · ADEMPT
 CLVSO · AB · EADEM · REPUBLICA · PRAENESTINORVM
 10 C · MONVMENTVM · A · SOLO · CVM · AEDIFICIIS · ET · TABERNIS · MACERIA
 IRCVNDATVM · TESTAMENTO · FIERI · PRAECIPIT · SER · SVPICIO
 MARITO · SVO · QVOD · NE · DE · NOMINE · EXCEDAT · SVO · ET · MARITI · ET
 AVRELI · ERASINI · GENERI · SVI · ET · AVRELIORVM · ERASINI · ET · · · · ·
 NEPOTVM · SVORVM · ET · SVLPICI · QVINTI
 LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQUE · EORVM

Recognovit Bormann descriptam olim ab Henzeno. Galletti del vestario della santa romana chiesa (1758) p. 45. 46, cum quo communicavit Ios. Garampi; Marini inscr. chr. ms. (cod. Vat. 9071) p. 96, 4 (inde Mai script. vet. nov. collect. V p. 216) e schedis abbatis Taninii.

Stemma hoc est:

Sergius Sulpicius Ulpia M. f. Sabina

Aurel. Erasinus U Sulpicia Sergi fil. magistra Matris Matutae

Aurelii Er. . . . (v. 12)

Hanc inscriptionem non esse urbanam, sed ex municipio aliquo suburbano vel colonia Romam esse adlatam apparet. Praenestinis interposui propterea quod nomen eius sive municipii sive coloniae videtur coepisse a litteris PR (v. 8 fin.); accedit quod magisterium Matris Matutae memoratum v. 3 notum est etiam ex titulo certe Praenestino n. 2997, cum praeterea magistras Matris Matutae Corani tantum tituli

(Corp. X, 6544 cf. 8416) dederint; denique Aurelius Erasinus maritus Sulpiciae memoratus v. 12 fortasse non diversus est ab Erasino Aug. 1., cuius nomen inscriptum est in tegulis repertis Praeneste infra edendis. Quod basilica S. Mariae Maioris, unde prodiit haec inscriptio, non longe abest ab ea porta urbis Romae, qua ducit via Praeneste ferens, ei rei non multum tribuerim.

In parte aversa tabulae extabat, cum reperta est, (et fortasse hodie quoque extat, sed muro tectus) titulus sepulcralis paene integer (editus et a Gallettio l. c. et ab Ang. Mai vet. ser. nov. coll. V p. 215) positus a Theophylacto vesterario et Theodora vesterarissa Sergiae et Bonifatio filiis; additur donavisse Theophylactum et Theodoram ecclesiae scē Dei genetricis virginis Mariae fundum aliquem situm in territorio Nepesino. Theophylactum illum et Theodoram satis constat vixisse anno p. C. fere 900 (cf. Neues Archiv IX p. 518). Huius tituli incidendi causa puto tabulam Romam in ecclesiam S. Mariae Maioris adlatam esse et fractam.